

nos per Christum absoluti; deponemus vero condemnatus, saepe potestate in homines exitus est, de quo ait Christus: « Nunc iudicium est mundi, nunc princeps hujus mundi efficitur foras. » Et rursus: illa (Paracletus) arguit mundum de peccato, de justitia, et de iudicio, etc. De iudicio, quia princeps hujus mundi jam iudicatus est, Joan. XVI, 11.

37. ET SURJICAM VOS SCEPTRUM MEO. — Hebreo: Transire vos faciam sub virga, scilicet, quasi pastor numerans sigillatim pecora, et cuiusque curam gerens. Hinc, Christo nascente, descriptus est universus orbis, ut Christus eos scriberet in libro vite exteriori, ut ait S. Gregorius, homil. 8 in Evangelio.

ET INDUCAM VOS IN VINCULIS FOEDERIS, — id est, ut Hebreo, in vinculum foederis, q.d. Novum fons et pectus vobiscum imbo, eoque vos mihi devinciam tum per Esdram, tum postea per Christum.

38. ET ELIGAM DE VOBIS TRANSGRESSORES. — Sieut olim rebellis Iudeos, quos eduxi de Egypto, in deserto occidi, ut in terram Chanaan promissam non introirent: sic non tam sub Esdra, utpote sub quo omnes non tam educti, quam reduti sunt in Jerusalem; sed sub Christo Iudeos incredulos de sua terra per Titum in totum orbem expellam et dispergam, ut nunquam ad eam regrediantur.

39. POST IDOLIA VESTRA AMBULATE, — et nolite mihi et meo templo offerre munera, quia indigni estis meo imperio, et nomen sanctum meum poluitis, dum me cum Balu comparatis et colitis, ac mihi offerre simulatis que idolis offeritis, et qui idolorum cultores estis, meos vos esse dicitis, aut certe me simul cum idolis confere et colere vultis. Ita Aquila, Chaldeus, Septuaginta et Hebrei. Unde et Symmachus verit: *Ite et servite idola, si quidem non auditis me.*

40. IN MONTE SANTO MEO, etc., ibi SERVETI MHI OMNIS DOMUS ISRAEL, q.d. Ne putatis me vestro cultu indigere, habeo alios, scilicet, qui redibunt Babylone in Jerusalem, qui mihi ibi servient. Secundo et melius, habeo Israëlitas spiritaliter, scilicet Christianos, qui in monte, id est Ecclesia, que incipiet in monte Sion, mihi servient. Simile est Malach. i, 10 et 11. Ita Maldonatus, Prado et alii.

IN TERRA, — sancta scilicet, aut promissa, id est Ecclesia, quam vetus terra sancta presignabat.

IN QUA PLACENT MHI. — Hebreo: *Ibi occurram eis*, scilicet, quasi in amplexum sponse.

INITIUM. — Septuaginta, *primitias decimaram*; Hebreo, *massotachem*, id est onerum vestrorum, et debili vestri, sive illud ex decimis, sive ex censi, que quisque tenebatur Deo dare semisclerum ex lege Exod. xxx, 12; sive ex voto, aut aliunde sit debitum.

IN OMNIBUS SANCTIFICATIONIBUS VESTRIS. — id est, in omnibus festis, que mihi sacrificabitis: vel potius, in omnibus sancti vestris sacrificiis, de-

cimus, oblationibus eritis mihi grati, quasi thyrmiana fragrantissimum, et suavissimi odoris: hunc enim vocat *odorem suavitatis*, hebreo *quietis*, de qua phrasit disseveri Ceu. vii, 21. Sie Apostolus ait: « Ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu Sancto, » Rom. xv, 16.

41. SANCTIFICABOR. — Id est sancte colas villa-dabor et glorificabor a gentibus quasi sanctus, potens, beneficus, fidelis dux Israelis, in vobis scilicet liberandis, sicut olim ex Egypto, ita nome Babylone, et maxime et servitate diaboli extollendis et sanctificandis. Vel, « in vobis a passione, id est in vestra sanctitate, pietate, religione, » sanctificabbor.

43. ET DISPLICEBITIS VOBIS. — Septuaginta: *Et percutienties facies vestras*, scilicet, quasi in vos indignantes, quod tam beneficium Deum offendit; Symmachus: *Et parvuli vobis videbimini*, id est vos dejectis et humiliatis. Prima enim Christi et apostolorum vox fuit: « Prentitentiam agite, appropinquauit enim regnum celorum, » Matth. cap. iii, 2.

Nota haec omnia de reditu e Babylone per Esdram; sed melius de redemptione hominum per Christum accipi: huic enim plene convenient, licet priorem perstringant. Vide Canon. V.

46. PONE. — Haec pertinent ad materiali cap. sequentis. Unde S. Hieronymus et aliqui alii hinc ordinantur cap. xxi, quia ejusdem est argumentum. Nota: « Pone faciem tuam, » id est confirmata facie, libere et intrepide vaticinare. Vide cap. iv, 3.

CONTRA VIAM AUSTRI, ET STILLA: AD AFRICUM, ET PROPHETA AD SALTUM AGNI BERIDIANI, — id est contra Jerusalem, ut patet cap. seq., 2. Erat enim Ezechiel in Babylon: Jerusalem autem partim australis, parum occidentalis est respectu Babylonis, hoc est proprie respectu Africum. Unde humum Israel vocat salutem agri meridiani, eo quod simontosa et nemorosa, ac meridianis Babylon. Ita Polychronius. Licit Theodoreus per saltum hunc Jerusalem accipiat, que, inquit, dicitur saltus ob sterilitatem fructuum, duritiam, mentis confusionem, et quia ferorum hominum erat receptaculum. Eadem phrasit uitior Isaías cap. ix, 18, et Jeremias, cap. xxi, 14.

STILLA. — Id est, ut Chaldeus, raticinare. Nam semel similis est pluviae, utpote qui ex ore dictum in aures audiuntur, suavititer quasi stilla illabitur. Vide et aliam causam, quam dedi Canon. XLVIII.

47. COMBURAM IN TE OMNE LIGNUM VIRIDE, ET OMNE LIGNUM ARIDUM, — id est omne omnino lignum, nullo excepto. Omne enim lignum vel viride est, vel siccum. Persistit in metaphora salutis: hic enim lignis abundat, simulque innuit futurum urbis incendium. Sensus est, q.d. Omnes principes, et subjectos; senes, et juvenes; divites, et pauperes, igni, id est vastationi Chaldeorum, tradam.

Secunda, melius S. Hieronymus: « Lignum, ait, viride vocat justos, aridum vero peccatores, » quasi dieat: Interficiam in te omnes, sanctos et que ac peccatores. Sanctos, ut ipsi captivitatis mala effugiant mortientes: peccatores, ut suppliciis tradantur aeternis. Sic enim cap. sequent, vers. 3, explicans parabolam, ait: « Occidam in te justum et impium. » Huc alludit Christus, Luc. xxiii, 31: « Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fit? »

FLAMMA SUCCESSIONIS. — Id est, flamma successa non extinguerat ut prius, sed totam gentem et urbem comburam et evartam. Hebreo est, *flamma flammam*, id est flamma continua et maxima, ut una continua alteri succedit. Per flamman intelligit gladium, ut patet cap. sequent, 3, et quolibet supplicium, ut dixi Can. XXVI.

COMBURERAT IN EA OMNIS FACIES AD ASTRO USQUE AD AQUILONEM. — Valbus et R. David vertunt: *Ingenitae facies eorum*, q.d. Prae rubore et ignomi-

nii videbuntur ingessere et comburi omnes facies captivorum, tota via euntium, scilicet a Jerusalem in Babylonem.

Secundo, « omnis facies, » id est quidquid pulchrum et spectabile est tota Judea, tam ad austrum quam ad aquilonem vergente, comburetur a Chaldeis. Ita Prado.

Tertio, Maldonatus, quasi dicat: Omnes facies hominum adeo erunt fame et metu extenuate et pallide, ut combusti esse videantur, utl Isaías cap. xiii, 8.

49. PER PARABOLAS LOQUITUR ISTE? — id est ita obscure ut non intelligatur: vel, q.d. Ipsius dicunt meum sermonem non esse prophetiam, sed parabolam, ad ostentacionem ingenii compositum. Ita Theodoreus. Unde mox cap. sequent. apertus eadem proloqui jubet illi Dominus. Alter Maldonatus, q.d. Ipsius dicunt me delirare, ideoque parabolica; que nec intelligantur, nec inter se coherent, loqui

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Explicit parabolam flammae grassantis in sylvam, quam propositus in fine capituli praecepit. dicens: Gladius triplicatus exercitus est, et limatus contra Jerusalem: vade quocumque facie tue est appetitus. Secundo, vers. 19, predictit quod Nabuchodonosor in bivio sagittis commiscens, ex iis capiet omen an Jerusalm, an Ammonitas invadere debeat; omen vero casum contra Jerusalem, itaque contra eam per recturum regem: quescircum in eam exclamat, dicens: Iniquitatem, Iniquitatem, Iniquitatem ponam eam. Denique, vers. 28, eamdem vastitatem Ammonitis, ac vers. 30. Chaldeis per Cyrum et Persas intentat (1).*

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, pone faciem tuam ad Jerusalem, et stilla ad sanctuaria, et propheta contra humum Israel: 3. et dices terra Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, et ejiciam gladium meum de vagina sua, et occidam in te justum et impium. 4. Pro eo autem quod occidi in te justum et impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab auctro usque ad aquilonem: 5. Ut sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem. 6. Et tu, fili hominis, ingemisci in contritione lumborum, et in amaritudinibus ingemisce coram eis. 7. Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu: quia venit, et tabescet

(1) Absoluta oratione qua ad captivos in Babyloniam perirebat, cap. xx, 1-44, Prophetæ Domini nomine locutus sermo dirigitur ad residuos in Judea incolas.

Potius proloquum allegoricam, exhibentem, primo, Judæam sub imagine sylvæ, cap. xx, 45, 46; secundo, bellum imminentis sub tipo i.e. cuncti omnia facta devastantis, 47, 48; tertio, ipsum Prophetam de fate gementem, et velut delirum, fide apud auditores carentem, 49; sequitur narratio prophetica in qua

Primo, præmititur Dei mandatum ad Prophetam, primo, de sermone faciendo, cap. xxi, 1, 2; secundo, de clade Judeorum irrevocabili predicenda, 3-5; tertio, de genitibus, et horum interpretatione addendum, 6, 7.

Secundo, exponitur futurum fatum, per iterata Del

præcepta, primo, ad denunciandam gladii immittendam acutissimam, 8-11; secundo, ad edendum doloris signum de strage multiplicata hinc eventura, 12-17; tertio, ad declarandum, sub hæreditate ad bivium, ac datum per alteram viam irruentes symbolo, Nabuchodonosor expeditionem contra Judeos, omisso interea Ammonitis, 18-23; quartio, ad ostendendum vindictam sceleribus Judeorum correspondientem aquitatem, 24; quinto, ad praedicendum Sedecia supplicium, et regie dignitatem decrementum, usque ad Christi adventum, 27; sexto, ad subiectendum vaticinium de plaga Ammonitæ Judeorum irrisores et idolorum cultores etiam oppressura, 28, 29, et de iudicio quoque horribili in Nabuchodonosorem et in Chaldeos exequendo, 30, 31.

omne cor, et dissolventur universi manus, et infirmabitur omnis spiritus, et per cuncta genua fluent aquæ : ecce venit, et fiet, ait Dominus Deus. 8. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : 9. Fili hominis, propheta, et dices : Hæc dicit Dominus Deus : Loquere : Gladius, gladius exacus est, et limatus. 10. Ut cedat victimas, exacus est : ut splendeat, limatus est : qui moves sceptrum filii mei, succidisti emme lignum. 11. Et dedi eum ad levigandum, ut teneatur manu : ista exacus est gladius, et iste limatus est, ut sit in manu interficiens. 12. Clama, et ulula, fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel qui fugerant : gladii traditi sunt cum populo meo, idcirco plaudo super femur, 23. quia probatus est : et hoc, cum sceptrum subverterit, et non erit, dicit Dominus Deus. 14. Tu ergo, fili hominis, propheta, et perente manu ad manum, et duplicitur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum : hic est gladius occisionis magna, qui obstupescere eos facit, 15. et corde tabescere, et multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti, et limati ad fulgendum, amicti ad eadem. 16. Exacuere, vade ad dexteram, sive ad sinistram, quocumque faciei tuæ est appetitus. 17. Quin et ego plaudam manu ad manum, et implebo indignationem meam, ego Dominus locutus sum. 18. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : 19. Et tu, fili hominis, pone tibi duas vias, ut veniat gladius regis Babylonis : de terra una egredientur ambae : et manu capiet conjecturam, in capite viæ civitatis conjicit. 20. Viam ponet ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, et ad Judam in Jerusalem munitissimam. 21. Stetit enim rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, divinationem querens, commisces sagittas : interrogavit idola, exta consuluit. 22. Ad dexteram ejus facta est divinatio super Jerusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in cæde, ut elevet vocem in ululatum, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut adficiet munitiones. 23. Eritque quasi consules frustra oraculum in oculis eorum, et sabborum oculum imitanus : ipse autem recordabitur iniurias ad capiendum. 24. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod recordari estis iniurias vestras, et revelasti prævaricationes vestras, et apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris : pro eo, inquam, quod recordari estis, manu capiemini. 25. Tu autem, profane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniurias præfinita : 26. Hæc dicit Dominus Deus : Aufer cedarum, tolle coronam : nonne hæc est, quæ humilem sublevavit, et sublimem humiliavit? 27. Iniuriantem, iniuriantem, iniuriantem ponam eam : et hoc non factum est donec veniret cuius est iudicium, et tradam ei. 28. Et tu, fili hominis, propheta, et dñe : Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, et ad opprobrium eorum, et dices : Muero, muero, evagina te ad occidendum, lima te ut interficias et fulgeas, 29. cum tibi viderentur vana, et divinarentur mendacia : ut dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniurias præfinita. 30. Revertere ad vaginam tuam in loco in quo creatus es, in terra nativitatis tue iudicabo te, 31. et effundam super te indignationem meam : in igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, et fabricantium inferitum. 32. Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, oblivioni traderis : quia ego Dominus locutus sum.

2. STILLA AD SANCTUARIUM. — Vaticinare contra Sanctum et Sanctum sanctorum, que sunt quasi duo sanctuaria, id est sancta templa. Item contra atrium, et porticus, quod est locus et templum populi, in quo predicearunt Christus et Apostoli. Hic clare explicit parabolam precedentem, quam propositum in fine cap. preced. Ita S. Hieronymus.

3. ECCE EGO AD TE, — scilicet converto faciem, at mitto furorem meum. Ita Chaldeus. Est apo-

sopesis, significans Deum omnino indignabundum.

ELIJAM (educam, distingam) GLADIUS MEUM DE VAGINA SUA. — *Vagina*, ait Theodoretus, est Dei longanimitas, gladius est Dei vindicta et supplicium, quod exercuit per Chaldeos. Secundo et tertius, gladius est Nabuchodonosor, ut explicatur vers. 19 et 30. Vagina est patria ejus, puta Babylon, ut patet vers. 30, q. d. Nabuchodonosorem

et Chaldeos educam de Chaldea contra te, o Jerusalem! Ita Maldonatus. Quod ergo parabolice cap. xx, 47, vocavit ignem, hic proprie vocat gladium.

OCCIDAM IN TE JUSTUM, ET IMPIUM. — Dices justitia occidit Deus ipsius? Septuaginta, ut hoc evadant, vertunt : Delejo ex te injustum et iniquum; Chaldeus: Migrare ex te faciam justos tuos, ut perdam peccatores tuos. Verum Hebrei habent, ut verit Noster: « Occidam » ergo « in te justum », scilicet, qui se putat justum, cum vere sit injustus et reus. Sit catastrophæ, Deus communis clade et execido (quale erat Hierosolyma) involvi permitti sones et insontes, non autem id facit in elate particulari, ut dixit cap. xviii, 4. E: sic hec dobro loco inter se concilia.

4. PRO EG ALTEH (q. d. Si) meam gentem, Iudeos scilicet, ita punio, quanto magis puniam alienas, quae letata sunt de exilio Judeorum, illudque adjuverunt, Zacher, 1, 14, puta Ammon, Moab alias gentes que habitant) AB AUSTRO USQUE AD AQUILONEM? — id est ab Jerusalem usque ad Chaldeam. Verum, quia de solis Iudeis hic agit, de Ammon vero aget vers. 28 et 30; hinc melius exponas, q. d. « Ego occidi », id est occidere decrevi, « justum et impium »; idcirco de facto et re ipsa « egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro usque ad aquilonem », ut scilicet grassetur per totam Iudeam, ut trucidet omnes Iudeos habitantes a Dan usque ad Bersabee. Dan enim erat terminus Iudee aquilonaris; Bersabee, australis. Respondet hæc parabolæ cap. preced., vers. 47.

5. IRREVOCABILEM, — quem nemo revocare et impedi poterit, scilicet, donec fecerit voluntatem meam, et compleverit justam vindictam.

6. INGENSITATIS CONTRITO LUMBRICUM. — Id est genie uti soli uti quibus contritum sunt lumbi, quales sunt parturientes; aut, q. d. Genua vomenter, ita ut ob suspira et gemutis lumbi tibi conteri et rumpi videantur. Ita S. Hieronymus et Maldonatus.

IN AMARITUDINIBUS, — scilicet animæ, id est amare ; Septuaginta, in doloribus. Nota hoc preceptum fuisse efficax. Unde Ezechiel corruptus fuit acri lumborum dolore, ex eoque gemutus profundus dedit. Ea quam dura subeunt Prophetæ, ut populum fleetant, nimurum : « Si vis me fieri, flendum est tibi prius. »

7. PRO AUDITI (id est proper auditem, id est rem auditam) : QUA VENIT, — quasi dicat : Ingemisce, quia res audita, scilicet clades, quam audiavi a Deo, jam aderat, et venit in Judeos, eorumque capiti irrimeti et impendet. Septuaginta vertunt, pro nimis ; Vatablus, proper rumor, scilicet adventantis hostis.

TABESCIT (id est pavore deficit, et quasi ligescit) OMNI COR; INFERMARIT (Chaldeus, obscurabitur; Septuaginta, examinabilis) OMNIS SPIRITUS, — id est anima, et animæ vis et vigor. De-

seret animus corpora, vis animum, ait Prado.

FLUENT AQUE, — id est sudor aqueus, vel potius, ut S. Hieronymus, urina. « Naturæ est enim, inquit, ut timore cogente vesica laxetur, et adversus hominis voluntatem humor deflatur. » Vide Canon. LV. Est hic hypotyposis, sive viva descriptio ingentis timoris et pavoris.

9. GLADIUS, GLADIUS (geminatio haec significat terribilem et duplichem, id est multiplicem, Iudeis instare gladium, hoc est multam et magnam eite foro eorum stragem) EXACUTUS EST, ET LIMATUS, — id est politus. Et periphrasis instantis et acris prælii : in eo enim solent milites gladios accure et polire.

Mystice, gladius ira Dei vindex et executor est diabolus, inquit S. Hieronymus. Sic contra Ammon clamat, vers. 28 : « Muero, muero, evagina te ad occidendum : lima ut interficias, et fulges. » Idem contra Palestinos vociferat Jeremias, cap. XLVI, 6 : « O muero Domini ! usque quo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, et sile. Quomodo quiescer, cum Dominus precepit et adversus Ascalonem, etc., ibique condixerit illi? » Sie alibi sepe Jeremias Ezechiel quasi chorus choro succinit et concinit, ut quod in Babylonie vaticinabatur Ezechiel, hoc Hierosolymis hisdem sepe verbis, quasi *antwortet*, resonaret et responderet Jeremias. Similem gladium sepe Deus gentibus per peccata ostendit et intentavit. Sie per cometem habentem formam gladii, per annum integrum Hierosolymos incubabant, eidem intentiavat excidium per Titum, teste Josepho, lib. VI Belli, cap. XII.

Sie anno Christi 337, quo mortuus est Constantinus Magnus, ante mortem ejus cometem inustitas magnitudinis diu refusisse, præsumptum morbus ejus, et clodium quas sub Constantino ejus filio Ecclesiæ intulerunt ariani, testis est Eusebius lib. X. K.

Sie anno Christi 441, qui fuit Leonis I Pontificis 5, Theodosii Junioris imperatoris 37, cometes majori anni parte ardore visus, minitans et portendens Hunnorum irruptiones in Romanum imperium, quas hoc anno facere coperant in Illyricum, ait Marcellinus in Chronico.

Sie anno Christi 632, qui fuit Heraclii Imperatoris 23, cometes in meridi gladii forma apparuunt, minitans Christianis, preserim Palestinis, ob corum peccata, irruptiones Saracenorum, puta Eububezer successoris Mahometis, que eodem anno configere. Ita Theophanes et ex eo Baro-nius.

Sie anno Christi 679, cometes per tres menses apparuit, intentans gravem famem et pestem, que post tres annos secuta est, preserim in Anglia, uti referat Beda, lib. IV Hist. cap. XIII.

Sie anno Christi 837, Ludovicus Imperator, filius Caroli Magni, Aquisgrani videns cometem, qui post 25 dies tandem in capite tauri sub au-

rigi pedes, igneum globum, jubarumque proximitatem depositus, sensit sibi mortem, regnique mutationem portendi. Cumque mathematici eius ab hoc sensu diverterent, citantes illud *Jerem.* cap. x. : « A signis celli nolite metuere, que timent gentes : ille solita vestis magnanimitate et prudenter illum, qui nostri et hujus sideris creator est. Sed iesu clementiam non satis laudare et imitari possumus, qui nostram inertiam, cum simus peccatores et impotentes, talibus indicis dignatur admonere. Quia ergo et me et omnes communiter hunc ostentum tangit ; omnes pro posse et sapere ad meliora festinimus, ne forte misericordiam illo prorogante, et nostra impeccabilitude impudentie, nos illa inventariam indigni. Quicorū ipse eleemosynas largissimae erogavit, Missarumque solemnis per quoscumque potuit, celebrari fecit, non tantum sibi metuens, quantum Ecclesie sibi creditis propiciopis : ac mox Carolum illum regem coronans ad mortem se comparavit, que contigit anno Domini 840. Ita referi auctor *Vite ejus* et oculatus horum testis.

Sic anno Christi 729, apparuerunt comete duo circa solem, multam intuentibus terrem incutientes. Unus quippe solem precedebat orientem, alter vespera sequens. Aut solem occidentem, quasi Orienti simul et Occidenti dire cladis presagii. Portabant autem faciem ignis contra aquilonem, quasi ad ascendendum accidivit. Quo tempore gravissima Saracenorium lues Gallias misera cede vastavit, inquit Beda lib. V Hist. cap. xxiv. Fuerunt ergo haec quasi duas lingue ignes, que strage in miseris christianos, in sacra tempula diripationes, incendia et sacrilegia, in sacerdotes cedes, in sacras vero virginis stupra, etc. preannuntiaverunt, inquit Baronius.

Sic anno Christi 1110, cometes apparens portendit bellum acre et vincula dura, quæ Romanæ Ecclesie intulit Henricus IV Imperator, eodem anno in Italiæ adventi. Ita Petrus Diaconus, *Chron. Cassin.* lib. IV, cap. xxxvii.

10. Ut CEDAT VICTIMAS; — quia Deus cede impropter honorata et placauerat quasi victimis, Iosephus, 25; Isaïe XXXIV, 6. Rursum vox victimas significat ingentem fore eludem, ut scilicet homines more pecudum mactentur. Unde Hebraice est, ad mactandum mactationem, vel, ad victimandum victimas. Hæc enim ejusdem vocis genitivum magnam auxesin continet. Similis phrasis est Jerem. XLVI, 40.

UT SPLENDEAT, — id est splendore suo percellat  
Judæos,

QUI MOVES SCEPTRUM FILI M<sup>E</sup>I, SUCCIDI<sup>S</sup>TI OMN<sup>E</sup>L  
LIGUM, — q. 4. O gladie Chaldeorum, « qui » suc-  
loco « moves », id est destruis, virgam et « scep-  
trum », id est regnum, « filii m<sup>e</sup>i », scilicet Israe-  
lis, « succidisti », id est succides etiam regnum  
« omne ligum », id est omne alium populum ei-  
gentem. Unde Septuaginta vertunt: *Interfice, con-*

temne, repelle omne ignum. Nam Hebrews habent, ut vertunt Vatablus et alii: *Quonodo quadebimus* (scilicet de gladio isto) *qui perdit et abicit tribum filii mei, et omnam arborem?* q.d. Neququam hi gaudentium est, quasi gladius hic stringendus sit in hostes, cum magis in tribum filii mei, scilicet in Iudam saevitius sit, quam in reliquias gentes. Verum nostra fletio est verior et congruenior. Videtur interpres noster pro **בְּנֵי נָסִים**, id est *quonodo gaudebimus*, legisse **בְּנֵי מַנְסִים**, id est *auperens, movens*: in utraque enim voce littera hebreaca sibi similes sunt et vicine. Ita Malodinus, Prado et alii. Denique Chaideaus vorit: *Ut occidat occisionis evaginatus est, ut faciat ultionem exactus est: pro eo quod latete sunt tribus Iuda et Benjamin ob tribus Israel, quando migraverunt, quia seruerant idolis, et conversa sunt ipsae ut errarent post simulacra lignea.*

41. DEO EUM AD LEVIGANDUM, — q. d. Exaudi polivi hunc gladium, scilicet vires et arma Chaldeorum, ut melius sciundat, penetret, occidat, dum tenetur manus, scilicet hostium Chaldeorum. Ita Vatablus. Vel, ut Praolo, *ut tenetur manus, scilicet Dei*, qui ducem agit in exercitu Babyloniorum.

42. HIC FACTUS EST IN POPULO MEO (his factus est, — ut exercutor : vel potius *hunc factus est, id est fieri et exercutum in populum meum, et in cunctos duces*) qui FUGERANT, — id est qui fugient, puta in Sodiciam ejusque principes, qui fugientes a Chaldeis capientur et occidentur, *Jerem. lii. 40.* Alii explicant de Johanan aliquis ducibus, qui post eodem Gordolobus fugerunt in *Ægyptum*. Hinc enim ibi a Chaldeis cesi sunt, *Jerem. xliii.*

PLAUE SUPER FENUR, — more scilicet stupen-  
tium, et valde dolentium percutere femur. Simile  
est Jerem. xxxi, 19 (1).

13. QUA PROBATUS EST, — scilicet gladius esse  
probus, politus et aptus ut scindat et occidat;  
Septuaginta, quia justificatus est, id est judicatus  
aptus muniri suo; Aquila, quia investigavit, id  
est etiam quis abdiditer se, hunc tamen inveniet  
hie Dei gladius. Est enim instar Dei cinctiulus,  
ut Argus (2).

(1) Quemadmodum apud Homerum, *Iliad.* XII, vers. 162.  
Asius..... ἐμέν τε καὶ πεπλεύτης τερψός: tum vero in  
genitum et sua percussit femora. Quod etiam dicitu-  
de Marte, *Iliad.* XV, 113; de Patroolo, 397, ac de Ulyss.  
*Odyss.* XIII, 398. Sic apud Plutarchum, in *Vita Fabii*,  
Fabio cum videtur saos obseptos fugere, percuso femore  
inverso editus suspirium.

(2) Schmurrus recte observat, inquit Rosenmüller: *bochan* esse verbum passivum *bochum*, neutraliter possum, et vertendum, *probatio facta est*, ut *Isaiae xii, 4*: *בָּחַדְשׁ שְׁמָדֵן*, *su* facta est *vastatio*, *Jeremias xii, 12*; *בָּנָא נֹאשָׁךְ*, *asperatus est*, *Rhegma* verba sunt: *vertit*: *Quid enim, si vel sceptrum haud spernet gladium diu*? id est, *egregium vero gladium*, *sic sepro*, *facti opera diffundunt*, *parens se haud praeberet*.... Nos quidem dain, aut Rosenmüller, Schmurrus adstipulatur in eis quod *videtur*, *neutraliter dictum censetur*, *ceterum vero et hoc locum, ut supra vers. 10, ad mentem Chaldaeorum*.

**ET HOC CUM SCRIPTUM SUBVERTERIT** (id est regnum Iuda, ET NON ERIT, — id est, Ila, ut non sit, q. d. Gladus ille se probat, cum scriptum Iuda tanquam validus succidit, quod apud sit ad succidendas alias gentes. Septuaginta : *Et quid, si etiam tribus Iuda repellatur?* R. David et Hebrei aliter vertunt, ministrum : *Et quid, si etiam scriptum reprobarient?* id est pretermisit, non occiderit, sed illi perpererit; «non erit» scilicet probatus, hoc est frustra politus acutusque fuerit. Verum reprobare non est parceat.

**id est cadavera multiplicabit, multos occidens.**

**IN OMNIES FORTIS DEMI CONTABURATIONES;** — id est multi in portis fuga conuenientem queant, sed invenient in hostes, qui eos percellent et occident Scholiastes.

**LIMATI AD FULGENDUM.** — Septuaginta. *Sicut fulgor transfixi.* Sic enim leguntur Complutenses Theodoretus, licet Romana legant: *Beneactus es ad fulgorem;* Hebraum enim בָּרָךְ barac et fulgur et fulgorem significat. Sic dicuntur duo fulminelli Scipienda. Sic Apelles pinxit Alexandrum

14. PERCUTE MANU AD MANUM. — præ admiratione, stupore et dolore comploide manus semel, secundū et tertio, quia secundū et tertio veniet gladius Chaldeorum ad interficiendum Iudeos; scilicet, primo, sub Joakim; secundo, sub Joakim; tertio, sub Sedecea. Ita S. Hieronymus. Hic ergo gladius triplicatus e' est occasio magna, pro presentim sub Sedecea capta Jerusalem, futura. Hebrei vertunt, *interfecti magni*, id est interfectorum magnorum, qui scilicet multis magnates occidet.

**QUI OBSTUPESCE EOS FACIT.** — Hebreo : Qui penetra eos, ut sanguine effuso, fiant rigidi et stupidi. Nam Hebrewu טְהָרֵד chader significat penetrale, q. d. Esto fugatis in Egyptum, aut in apylas et spuma, gladius hic vos persecutor, etiam usque ad intimam penetralia. Unde Vatablus verit : *Gladius qui versutur in cubiculis, ut scilicet occidat eives in lis latitantes. Alii vertunt : Gladius qui hactenus delituit. Verum S. Hieronimus, Septuaginta et Chaldaeus vertentes : Qui obstupescere, aut contremiscere faciet eos, pro טְהָרֵד chader, per metheas legemur גְּדַעַן chard, id est tremere, perirell, obstupescere.*

43. EN CORDE TABESCERE, — q. d. Facit hic gladius, ut cor dissolvatur et quasi liqueat.

16. EXACUERE (o gladio), VADE AD DEXTERAM, SIVE  
AD SINISTRAM, QUOCUMQUE FACIE TUE (id est acci-  
tus), EST APPETITUS, — id est impetus: hoc est  
in quacumque partem vides, id est vel Chal-

dei interpretis ita explicandum arbitramur: *Nam probatio est facta, plus semel tentavi, num a prophetis admitti ad meliorum frugem sicut redituri, sed non responsum.* Quid agitur hoc? Sane (*ita C<sup>o</sup> in, sepe* expoundit, ut *Proverb. iii, 4; 1 Sam. 18; 12; Est. xxi, 7;* *Heb. 10, 3*), hec etiam tribus tam fastidiosus non amplius permanebat, sed easdem quae religio tribus penas subiicit, in terras exteriores captiva deportabatur. Quod supra **לְכַד** *moeset col et*, eadem hic impliciter *moeset, spernies, fastidiosus vocatur*, quod ceteras tribus jamianus deportatas tanquam iure militare deportatas asperguntur, atque de eorum calamitate luctabatur, ut *Chazewas* sub aliens. 16 addidit. Qui ad *moeset subandium* et *vers. 16* **עֲזָבָה** et, *sens castigationis, nosit*, in locum sic capiunt: *Quia probatio haec est, id est, probando, causa strictus nō gladius, num emendator Israelicis.* Quod vero fit, si etiam tribus, scilicet *filiis* met *vers. 16*, id est *Juda, et etiam ceteris, scilicet diversi* *omne lignum, castigations?* Non erit, non permanebat ultra, sed exceditur.

43. *quod tu in teatra vestra, grassibus, quod tu libet* *qua volet, quaqueversus grassabitur occidente* Chaldeens. Hebreo est: *Uti te, o gloriatur! deserte, pone te, strusta te, quicunque frizes tua paratis est, id est pone faciem tuam ad dexteram, aut ad sinistram, id est ito quoquecumque portas trucidare.* Noster Interpres pro *una te*, verit *exauere*, quod Hebreum **תְּחִדֵּשׁ** *achad*, id est univit, aliast est vocem et significato verbo **תְּחַדֵּל** *chadash*, id est aquitaria, dum ferrum, v. g. *fl. gizlitas* copi illius unitur, tunc aquitur; *equae magis aquitur, quo magis ejus acies unitur, stringitur et quasi in puncto per cotis allisionem redigitur.* Achad ergo ponitur pro *chadash*; et *chadash ab achad suam coniungationem hitpael mutuat.*

47. *PLAUDAM MANU AD MAMUM, — NON ex dolore* quo doleo ipsum populi indurati, *ut vulnus* *veniat* *ad* *meum* *cor, quod* *in* *tempore* *pro* *tempore* *meum* *erit*.

17. PLAUDAM MANU AD MÁNUM, — non ex dolore, Vers. 11  
quo doleo vicem populi indurati, ut volunt Va-

tablis et R. David; sed praesultatione et insultatione, ac indignatione, quam complebo in hostes meos. Unde S. Hieronymus: « Dominus, ait, exsultat quasi horator gladii sevientis; » et Chaldeus verit: *Adducam ultionem super ultionem*. Sensus est, q. d. Tu, o Jerusalem! plaudes manibus, iisdem plaudam et ego, sed tu praedolore, ego praegaudio, insultans tibi quasi hosti meo. Sic plaudere est gestientis et insolitantis, Psalm. XLVI, 1; Thren. II, 15; IV Reg. XI, 12, et alibi.

3. 19. PONE TIBI DUAS VIAS (1), — describe tibi viam unam e Chaldea in duas partes, sive semitas, divisam, quarum una ducat in Ierusalem, altera in Rabbath, id est Philadelphium, ut representes tibi et populo deliberationem et viam Nabuchodonosoris: scilicet, quod ipse cum veniet, « capite viae, » id est in bube, ubi duae vias ad duas civitates ducentes coeunt, tunc mancipi conjecturam, utram viam ingredi, et utrum urbem aggredi debet, ac divinatione facta, viam inhibit versus Ierusalem. Haec omnia in charta, vel latere, vel altera, vel altera depingere, et reipublica populo representare jubetur hic Prophetam, scilicet narrationem sequentem de omni, quod cepit Nabuchodonosor, dum dubitaret in Iudeis, et Ammonis invadere deberet. Sic iussus est, cap. IV, obsidionem urbis in latere depingere.

UT VENIAT GLADIUS, — id est quibus (scilicet viis, ut precessit) venire potest exercitus Chaldeorum.

CONCICET, — conjecturam capiet ex sortitione et omni, quod subdit:

20. VIAN PONES, — id est alteram viam describes, quia exercitus Chaldeorum ad Rabbath metropolim Ammoni venire possit; alteram qua ad Jersalem.

21. STETIT, — id est stabit Nabuchodonosor capane omni.

22. CONMISCENS SAGITTAS, — ut scilicet uni sagitte inscribens nomen Rabbath, alteri nomen Ierusalem, deinde commiscens eas in pharetra, et clavis oculis unam educens, sorte disceret et sibi esse eundum, cuius nomen illa continebat; Deo autem volente Ierusalem per cum punire, et manum eius dirigente, eduxit illam cui inscriptum erat Ierusalem; contra eam ergo perrexit. Ita S. Hieronymus (2).

(1) Vers. 48. « Ecce factus est sermo Domini ad me deinceps, » quod sic cum praecepit, connectit S. Hieronymus: « Cum, inquit, dixisset mihi sermo divinus: « Propheta, illi hominis, et loquere ad gladium, et sic: Gladius, gladius » et cetera que propheta gladii continentur (vers. 14 et seq.); secundo, factus est ad me sermo Domini dicere: Vis, illi hominum, scire quia iste sit gladius et aperius personam discere gladii sevientis? Asculta quia dico: Pone duas vias, etc.

(2) Eum ritum, cuius et in Corano, iii, 39, et v, 4, mentio fit (vide C. B. Michaelis, *Dissert. de Ritualibus SS. ex Alcorano illustratis*, § 16, in *Sylogi Commentarii*,

Potest ex Hebreo verti, *jacens sagittas*, ut scilicet mixtum recta in altum libans duas vel tres sagittas, videtur in dextrum versus Ierusalem, an in sinistrum versus Rabbath caderent, et eo quo caderent, pergeret. Ita Chaldeus et Polychronius; et hoc videtur aptius ad capiendum omen viae: et Hebreum לְקַדֵּשׁ קִילָּקָל significat leves vel veloces fecit sagittas, scilicet eas jaciendo in altum. Unde Syrus verit, *immissit sagittam*; Arabus uerque, *iniecit sagittam*.

Tertio, Vatablus vertit, *polivit sagittas*, id est ferrum sagitarum, ut splenderet, in equo splendore cernerent divinatores qua eundum esset, ut idem aspiceret solent in ungue pollicis manus splendente, ex equo divinare. Ita et R. David et R. Salomon. Volunt ergo hic significari genus divinationis catoptranticum, quo angues in splendenti scutel, velut in crystallo vel unguie, futura inspiciebant. Sed cum hoc sit recentiorum commentum, prestat S. Hieronymi et Septuaginta versionem et explicationem sequi. Septuaginta, lib. IV *Disquis. magica*, cap. II, *Quest. VII*, sect. III.

Septuaginta vertunt: *Ut faciat ebullire virginem*. Greci hanc vocant βαρυπάντην vel πρόβαρυν, id est divinationem per sagittas, aut per virgas. Hanc superstitionem Chaldeorum imitati sunt Hebrewi, ut docent S. Hieronymus, Cyrillus et Theophylactus, in illud Osee IV: « Populus mens in ligno suo interrogavit, et baculus eius annuntiavit ei, » scilicet futura. Porro fuisse apud priscos varia divinandi rationes per virgas aut baculos in sublime jactos, docet Celsus Rhodiginus lib. VII *Antiq. lect. cap. XXXIX*. Porro rex haec omen captat sagittis, non libriss, vel alia re, tunc quia oraculum quarebat de bello, in quo de more pugnatū as sagittis; tunc quia oraculum hoc posset habeat et cetera a diis, ad quos jaciebat sagittam in altum. Ita Abaris sagitta symbolice est mens contemplans, et evolans ad Deum et divina, ait B. Gregorius Nazianzenus, et ex eo Nicolaus Caesarius, lib. XII *Paralel. Histor. cap. XXXIX*. Narrant enim, vel potius fabulantur Abarini Scythani sagittam tantu' vi jecisse, ut a Graecia usque ad Scythias transvolaret, quod B. Gregorius Nazianzenus explicat, afferente quasi typum mundi,

*Theolog.*, vol. II, pag. 412, pluribus descripsit ex Alcorano monumentis Ed. Pocockius in *Specimen Hist. Arab.*, p. 329 et seq. Cum esset alius vel suspicuum iter, vel dulcenda uxori, vel aliud magno momento negotium peragendum, sagittas, quas treu in vasebus inclusas habebant, solabant consulere. Eorum prima inscriptum erat: *Iustus me Dominus meus; secunda, prohibuit me Dominus meus; tercia erat, nulla nota insignis*. Harum unan manu extrahent, si occurseret illa que juberet, alacri animo, tanquam momentu Deo, pergere, sin illa que vetaret, desistere, quod si *zayqazza* illa, responder, donec prodire, quae vel jussi praeceps, vel interdicto occurret; vide d'Herbelot, *Biblioth. Orient.* sub nomine *Aidad*, et pro aliis consultationibus divinaria causa factis, *Thevenot, Voyage du Levant*, cap. xxvi.

qua contemplacionis alis submixa, ad celum fertur celeritate ingenti: et ut Abardis sagitta parvum, sic illa Beatorum domicilium appetit.

Nota: Fuerunt apud veteres, Gentiles maxime, valde usitatae hae sortes, et hec omnia. Julianus Imperator (u[er]o scribit Ammannus Marcellinus, lib. XXII), Babylonio equo cadente, et ex latus cum ornamenti ruente ad terram, inde conjectavat Babyloniam sue dictioni subjectum iri.

Cesar, excusione facta in litus Africanum, forte impedito pede pronus lapis est in arenam. Hunc casum, ut inhaustum aliqui excepterent: ipse autem ut animum suis ex eventu tristibus adderet, utraque manu constringens arenam, alia voc clamavit: « Teneo te, Africa. » Ita Dio lib. XLII.

Smile imperii omen accepit Guilielmus Normannus Angliam invadens. Confestim enim ut e navi egressus est, parvus lapis fixit alte pedem in arena. Quo viso, miles latifrons exsultans et alacer ait: « Jam, dux, firmo pede Anglicum tenes. » Testis est Polydorus, lib. VIII *Hist. Anglie*.

Cesar cum somnasset se nocte fode cum matre copulatum, hoc ejus potequam et imperium in rem publicam premunti affirmarunt angues. Unde patet ipsos haec ostenta ad gratiam, hominumque arbitrium, non ex firma aliqua ratione interpretari solitos.

Verius et divinus Dei instinctus accepit de conversione Anglie S. Gregorius, ubi habet Joannes Diaconus, lib. I ejus Vitae, cap. XXI, XXX et xxxv. Cum enim Romae venales in foro videret pueros candidos et venustos, sed paganos, paginarum filios ingemiscens, rogavit quo nomine vocarentur. Mercator respondit: Angli vocantur. At ille: Bene, inquit, Angli quasi angeli, quia angelicos habent vulnus, et tales angelorum in celsis decet concives. Herum ergo interrogat, quod nomen haberet ipsa provincia? Mercator respondit: Provinciales illi Deiri vocantur. Et Gregorius: Bene, inquit, Deiri; quia de ira sunt eructi, et ad Christi gloriam convocandi. Rex, autem illius provincie quomodo nuncupatur? Mercator respondit: Aelle vocatur. Et Gregorius, aludens ad nomen, dixit: Bene, quia rex dicitur Aelle: Alleluia enim in lande Creatoris in partibus illis Aportet decantari. » Quocirca, ipse in Anglia a Benedicto Pontifice mitti petit et impetravit. Et ecce aliud ejus omen: cum enim in Anglia pergeret, in loco quicquam quiescens, et locutus, et supervenientes locusta cogit cum pavulum a legendu quiescere, et ex consideratione nouis docuit eum in eodem loco restare debere. Tunc ferut dixisse: Locusta, inquit, dici potest quasi loco stat. » Mox supervenientes legati a Pontifice, cum redire compulerunt. Populus enim Romanus id a Pontifice petierat, immo exorserat, dicendo ei: « Petrum offendisti, Romam dereliquisti, quia Gregorius dimisi. Nimirum Deus eum non Anglie, sed totius Ec-

clesiae doctorem et rectorem destinabat. Quoniam circa ipse paulo post creatus est Pontifex, ac mox S. Augustinum cum sociis in Angliam destinavit, qui eam ad Christi fidem converterunt.

Ita S. Eustatius, nobilis in Armenia sub Dioecesano martyr, enjus reliquias Roma in Collegio Germanico veneratus sursum, martyri avidus, sed sevitiam presidis pertimesco, hoc Dui instinetu martyri omen clavavit. Jusit famulo ut zonam suam in altari deponeret, observaretque num presbyter Auxentius vir sanctus, ad orandum ingrediens, illam de altari tolleret, an non. Si tolleret, non dubitabat felicem fore successum martyris: si minus, debere se latere, nec ingere se martyrio. Contigit ergo Auxentium tollere zonam, quod intelligens Eustatius latus exsilit, martyrumque in carcere vincitorum precibus se commendans, Lysia prefecto se stetit, et mira libertate se christianum professus, fortiter obiit. Ita habet ejus vita 13 decembres.

INTERROGAVIT IDOLA, EXTA CONSULUIT.—Triplex enim rex divinationem captavit: primo, ex sortis et omni sagittarum, de quo jam dixi; secundo, petendo oraculum a Bel, Nebo aliquo suis idolis; tertio, consulendo exita. Exta proprie vocantur eae et pulmo, ab extando; quia in parte superiore locantur: item, spleen, hepatis, ventriculus, quia supra inferiora intestina locantur. Exta dividuntur, ait Festus, quod ea a deo prosecuntur, qua maxime existant eminentia. Per haec divinabant Gentiles, considerando victimae cor, hepatis, stomachum, etc., eorumque sicutum et seriem: unde tales divinationes appellantur extispicia, ab extis inspiciendi: ac divisor vocabatur Extispex. Ita Claudio, lib. II *De Divinitate*.

22. AD DEXTERAM RUIS FACTA EST DIVINATIO.—Per sortes sagittarum jam dictas, forte etiam per resoniam idolorum et artuspium intellexit ineundam sibi esse viam versus Ierusalem. Eo enim exire verobat Nabuchodonosor, ait S. Hieronymus, memor ibi ab Angelo cosa esse Assyriorum 183 milia una nocte, et sciens urbem esse munitissimum.

UT PONAT ARIES; — bellaria scilicet instrumenta, quibus qualitat portas et muros Hierosolymae. UT APERAT OR IN CADE; — ut in eadem suis miliis ore adhortetur et accendat.

IS ULLALUT; — Septuaginta in clangore tuba.

23. ERITQUE QUASI CONSULENS FRUSTRA ORACULUM IN OCULIS EORUM, — q. d. Judeis videbitur frustra ex sua divinatione Nabuchodonosor venire contra Ierusalem. Putant enim ipsi eam esse inexpugnabilem; sed ignorantem non idola, sed Deum sortes ita moderatum, ut rex Ierusalem sibi expugnandum deligeret, ac proinde illum Dei nutu et opere eam certe expugnaturum.

ETSABBATORUM OTIUM IMITANS,—id est, ut S. Hieronymus, videbitur Judeis Nabuchodonosor quasi sabbatorum otium tenere, ludere videbiles, et n-

Hic operis perpetrare omni suo apparatu bellico. Septuaginta Hebreos ad verbum vertunt, ἔργα τοῦ θεοῦ τὸν κόσμον, id est videbatur eis hebondadivis compitare. Alter Vatablus et Kimchi vertunt, iurantes iuramenta illis, q. d. Non credent Iudei venturos Chaldaeos, quia cum eis fides juramento sancserunt. Alter et R. Salomon et Chaldaeos vertunt, septies septem, id est 49 viibus, sicut etiam Chaldeos, et toles exiit contra Jerusalem; Hebreum enim γένεται σέβη, primo, significat septem; secunde, septimum diem, pulu vabatibus; tertio, septimanam; quarto, iuramentum. Veteres enim jurabant per seculanum, ut ostendi Gen. xi., 28. Hinc rursus etiam vertunt: Iuramenti iuramentorum ipsis, id est, iā ipsi, scilicet Iudei, fidunt pacis et iuramenti, quibus promisi Deus se urbem et templum: iuratum, hinc securi degunt, plantes urbem, apto Dei presidio tuam, esse inexpugnabilem. Id aperte sequitur:

INSECUTUS AMMONIS — Judeorum, et maxime perfidae et perfidius Sedecie, contra fidem Chaldaeorum datam rebellavit, q. d. Mox ut sors cedidit contra Jerusalem, exclamavit Nabuchodonosor: Iustum est etis vos tradam.

PRO QUOD RECORDATI ESTIS, — commoratis, propalatis, iactatis vestras iniquitates (ita ut hostes eas audiunt et exsecrarentur), justum est etis vos tradam.

Nota publicas clades non immitti nisi ob puerorum peccata, maxime cum ea impi predicanter et jactant: tunc enim clamant in celum, indeque vindictam provocant.

MANU (scilicet Chaldeorum) CAPIEMINI. — Ita Chaldeans.

TU AUTEM PROFANE, — Hebreus γένεται chal, id est pollute; Chaldeos, qui es reus mortis; Valibus, ad occisionem damnate. Loquitor Sedecie fodifrago.

CUIUS VENIT DIUS (scilicet ultionis) IN TEMPORE INQUITATIS, — eo tempore, quo tu inique iuramentum violasti, a profanis a Deo. Posset veri, in tempore iniquitatis profanis, id est consummatio, quo scilicet consummata impietate tua maxima, illus et regni tibi instant finis et consummatio. Unde ali vertunt, et explicant, in tempore iniquitatis suis, id est in tempore quo iniquitas tua per exordium finiebat eum: aut, in tempore quo iniquitas tua illi inenim regni afferet. Ita R. David.

AUFER CIDARIM, TOLLE CORONAM, — id est, ut Theodoreus et Chaldeus, tolle Saraiam pontificam, eumque pontificis cidari et sacerdotio spolia: tolli et coronam regiam ex capite Sedecie. Sed quia tantum loquitur, scilicet duci, id est regi, melius sic accipias, ut idem sit cidaris et corona, scilicet fascia alba, qua caput circumligabunt. Hec enim solum regibus erat corona (et inde

dicitur diadema a στέφανῳ, id est a circumfusione) sicut in veteribus numismatibus Imperatores seu pontar fascia caput redimunt, et coronari. Et hoc significat Hebreum γένεται μικροπεπι: σχημatis enim involvere. Sit Plutarchus, in Luculla, narrat uxorem Mithridatis diademate suo collo circumdatu, se suspendisse. Et Justinus, lib. IV, Alexandrum suo diademate Lysimachus vultus diligens, quod enim fuit eum futurum regem. Et Dion, in Pompei Vita, referit Tigranem candidam fasciam ante Pompeii pedes abiecerit, quasi insigne regium et regnum ipsi subcepit. Ita Mardonius et Prado, qui et addit: Vel certe eidarim vocal pileum, coronam vero fasciam iam dictam pileo circumdumat.

NON HEC EST, QUE HUMILEM SUBLÈVAVIT? — Hec corona regalis humilem Joachinum sublevavit ad thronum regium. Evinerodach enim, viiens Joachinum humilem, regium ei habuit et coronam restituit: vel potius, q. d. Hec corona Sedeciam, cum humili esset, regnum et gloriam exercit: jam euodem super superbiam dejecto et humiliabit. Corona enim haec amat et sequitur humiles, odit vero et fugit superbos. Honor enim et celsitudo sequuntur fugientes, fugient sequentes et ambientes. Ita Chilon, vel, ut ali volent, Esopus, rogatus quid Jupiter faceret, respondit: «Excella deprimit, depressa exaltat.» Alter S. Hieronymus: Iste, at, est eidaris et corona, que nihil fecit just: nam «humilem» id est cum qui humiliari debebat (pula Sedeciam) «sullevavit», et «sublimem», id est cum qui sublimari debebat, v. g. Joachim «humiliavit». Alter et Hector Pinthus, q. d. Hec est potestas regia Sedeciae, que justitiam pervertit, scilicet humiles et villes, quos debet abiecerit, extollendo: et sublimes ageret, quos extollerit, debet, humiliando, time fecit ei iniquitatem triplicem: primam, quam fecit contra me; secundam, quam fecit contra populum; tertiam, quam fecit contra Nabuchodonosorem dum fecit illi in initium violavit.

INQUITATIS, INQUITATEN, INQUITATEN PONAM ET, — Hebreus γένεται αφα, id est peruersitate, curvitate, obliquitate ponam eam, scilicet coronam regiam Sedecie et Iudee, q. d. Efficient ut Sedecie eidaris vel larva, quia prius recta era more regum, incurvatur, idque sensim et tertio, scilicet primo, a Nabuchodonosore; secunda, ab Antiochae et Grecois; tertio et plene a Tito et Romanis. Simpliciter, aquea et planae possit iniquitas tam proprie pro culpa, quam figurate accepit pro pena iniquitatibus, q. d. Proponam, et omnibus ostendam ejus iniquitates multiplices, hoc ipso, quo eam per Chaldeos puniam, deprimam, et ad terram incurvabo. Por trinum enim iniquitatem, significat omnem: item magnam et multiplicem. Ternarius enim symbolum est multitudinis et universalitatis. Tria enim sunt omnia, scilicet prima, ait Aristoteles; nec enim de uno, nec de duabus, sed de tribus primo dicuntur, quod sunt omnes,

quasi Ammonitas invaderet non ausus. Idem praediti Sophonias, cap. II, 8.

MUCRO, MUCRO, EVAGINA TE AD OCCIDENTUM, LIMA TE. — Corrigit cum Hebreis, Grecois, Romanis, evaginare, intare, in vocativo, q. d. O mucro Chaldeorum! tu jam evaginatus es, et limatus, ut post Jerusalem servis. In Ammonitis, Hebreice est, o glacie, o glacie aperte! id est qui jam apertus, evaginatus et districatus es, ut fulges et occidas Ammonitas.

LIMA TE UT INTERVICIAS, ET FULGEAS. — Leo Hebreus verit: Politus ut consumas, et in hoc splendes; Vatablus: Politus est ut sustineat, et propri fulgorem; hoc est, inquit: Politus est ut sufficiat multis interficiendis, et ut terrat sus fulgore (quasi fulgore: Hebreum enim קְרַבָּה barac, tam fulgor quam fulgor significat) perdeendas; Septuaginta: Evaginatus ad consumptum, surge ut fulges; alii, terras ad captiendum, ut scilicet capias et contineas multorum caedes et strages. Ita Pineta ex Complutensibus, lib. V De Rebus Salomon, cap. v. Hec omnia eodem recidunt. Hebreum enim קְרַבָּה barac descendat a radice קְרַב et, que significat posse, sufficere, sustinere, consummare, omnia complecti. Nomen enim col idem est quod omnis. Significat ergo universale omnium eodem et interficiendum. Porro Syrus verit: Mucro, mucro, qui paratus (aptitus) es ad occisionem, et excutitus es, et fulgens; Arabicus Antiochenus: Et dic, gladius, gladius extractus, paratus est ad occisionem; Arabicus Alexandrinus: O gladius, parate ad occisionem, qui limatus es, qui refuges, dominare super visiones eorum vanas et falsas.

CUM TIBI VIDERENTUR VANA, ET DIVINARENTUR MENDACIA, — q. d. Biu mucro tibi paratur, o Ammon, cum tui pseudoprophepe mendaciter tibi promittunt immanitatem ab eo, et securitatem: sicut ante contra Judeos paratus et limatus est, cum ipsi falsi prophete confisi, non credebant eum contra te venturum. Nota: tunc verba quasi per parenthesis interseruntur. Unde sequitur:

UT DARES (scilicet, o mucro!) SUPER COLLUM VULNERATORUM IMPIORUM, — scilicet Ammoniam, sequae ac ante super colla Judeorum datum fuisse.

IN TEMPORE INQUITATIS. — Vide dicta vers. 23.

REVERTEAR AD VAGINAM TUAM (scilicet, o Chaldeos, qui es mucro vindex Domini! peracta vindicta, redi in Chaldeam: ibi) JUDICABO TE. — Id est puniam tuam tyrannidem et alia scelerata, ut per te alias gentes puniri. Babylonom enim Cyrus everit. Ita S. Hieronymus et Theodoreus. Transit enim hic Propheta ab Ammon ad Chaldaeos, quibus simile per Cyrum excidium cominatur.

IN IGENE FURORIS MEI SUFFLABO IN TE. — O mucro in formice quasi igna, et sufflante accessa igne te tradam, ut consumaris. Ita S. Hieronymus. Unde aliqui vertunt: Ignem furoris mei sufflabo in te, id est furorum meum, quasi sufflante, magis et magis ascendam in te.

DABOQUE TE IN MANUS HONORUM (hostium) INSPIPIENTIUM. — Potest Hebreum כְּבָרִים *bavarim* verti cum Sephiaginta et Vatablo *barbarorum*, qui nullam personam, etatis, aut sexus rationem habeantur vel, ut Prado, *ardentium*, scilicet, qui quasi iniquitoris sui fabricant tibi interitum, ut sequitur significat impetum et furorem Persorum contra Babylonios, ita Polychronius. Rursum, eos bellis assuetos, mactandi et jugulandi peritos, ac in crudibus perpetrandis versatos et excretatos esse.

## 32. IGNIS CIEUS, — igne combureris.

SANGUIS TUD EBIT IN MEDIO TERRE, — sanguis tuus absorberebit et absument a terra, ut nemo uilescatur cedem tuam. Hoc enim significare hanc phrasin, patet Job xvi, 18, ubi dicitur: « Terra, ne operis sanguinem meum, » q. d. Fae ne moriar in illius. Cum enim sanguis videtur, reducit in memoriam cedem patratam, et requirit vindictam. Secundo et melius, q. d. Non in latibris, et opere, sed aperte et publico occideris. Tertio, et optimo, q. d. Nullus amicorum colliget sanguinem tuum et cadaver, ut sepeliat, sed in sanguine tuo compresores. Unde sequitur: « Oblivioni traditis, » id est caribis sepulcro: hoc enim mortui memoriam servat. Ita Prado, q. d. Nulla erit amplius tui memoria. Clades haec nomen tuam famam cum vita extinguet, et aeterno silentio sepeliet.

Moraliter, nota hic quam graviter puniantur tyranni, lique qui ei cooperantur, novasque artes et modos alios opprimendi, torquendi et perniciendi adveniunt; elianus Deus iis subinde utatur, ut alios castiget. Illustrer est exemplum Perilli, Atheniensis fabri, qui, ut Phalaridi crudeli tyranno complacret, taurum illi aeneum donavit, in quo inclusi homines igne supposito crucientur, et migruent ut boves, tu quo. tyraues olecentur. Nam iussu Phalaridis ipse faber, primus in taurem quem fabrecerat, inclusus, artis sua experimentum ei dedit. De quo Ovidius:

Et Phalaris tauru violenti membra Perilli  
Torrati infelix imbuti mortor opus.

Tale fuit et Thrasii apud Busirum, quod Ovidius in Ibin ita describit:

Dicitur Egyptus caruisse juvantis arva  
Imburjus, atque annos siccus fuisse novem:  
Cum Thrasius Busiru ait, monasterique piai  
Hospitis effuso sanguine posse Jovem.  
Illi Busiris: Fug Jovis hostia primus,  
Inquit, et *Egypt* to tu dabis boves aquam.  
Justus uterque (*Busiris et Phalaris*) fuit; neque enim  
lex justior ulli est.  
Quam necis auctores arte perire sua

## CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Enumerat crimina Jerusalem, scilicet inpietatem, incepsum, adulteria, cædes, usuras, etc. Quocirca, vers. 17, docet Judas per haec quasi versus essa in scoriam, id eoque igne esse confundatos et expurgandos. Tertio, vers. 28, docet horum omnium causam existisse principes, qui quasi huius; et prophetas falsos, qui quasi leones prædicti initiantur, omnes fūt et fas violarunt.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Et tu, fili hominis, nonne judicas, nonne uidas civitatem sanguinum? 3. et ostendes ei omnes abominationes suas, et dices: Haec dicit Dominus Deus: Civitas effundens sanguinem in medio sui, ut veniat tempus ejus: et tu fecisti idola contrasemetipsam, ut pollueretur. 4. In sanguine tuo, qui a te effusus est, deliquisti: et in idolis tuis, que fecisti, pollute es: et appropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus angorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus, et irursionem universis terris. 5. Que juxta sunt, et que procul a te, triumphabunt de te - sordida, nobilis, grandis interitum. 6. Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem. 7. Patrem, et matrem contumelias affecerunt in te, advenam calumniati sunt in medio tui, pupillum et viduam contristaverunt apud te. 8. Sanctoria mea sprevisti, et sabata mea polluisti. 9. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, et super montes comedenter in te, scelus operati sunt in medio tui. 10. Verecundiaria patris disceperuerunt in te, immunditiam menstruata humiliaverunt in te: 11. Et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem, et sacer nurum suum polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. 12. Munera accepérunt apud te ad effundendum

sanguinem: usuram et superabundantium accepisti, et avare proximos tuos calumniabaris: meique oblitera es, ait Dominus Deus. 13. Ecce complesi manus meas super avaritiam tuam, quam fecisti: et super sanguinem, qui effusus est in medio tui. 14. Numquid sustinebit cor tuum, aut prevalebunt manus tuae, in diebus quos ego faciam tibi? Ego Dominus locutus sum, et faciam. 15. Et dispersgam te in nationes, et ventilabo te in terras, et deficerem faciam immunditiam tuam a te. 16. Et possidebo te in conspectu gentium: et sciens quia ego Dominus. 17. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 18. Fili hominis, vero, est mihi dominus Israel in scoriam: omnes isti es, et stannum, et ferrum, et plumbeum in medio fornaci: scoria argenti facti sunt. 19. Propterea haec dicit Dominus Deus: Ecce quod versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Jerusalem, 20. congregatio argenti, et ariæ, et stanni, et ferri, et plumbi in medio fornaci: ut succendam in ea ignem ad conflandum, sic congregabo in furore meo, et in ira mea, et requiescam: et conflabo vos. 21. Et congregabo vos, et succendam vos in igne furoris mei, et conflabimini in medio ejus. 22. Ut conflatur argentum in medio fornaci, sic eritis in medio ejus: et sciens quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam super vos. 23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 24. Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, et non compluta in die furoris. 25. Conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens, rapiensque predam, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius. 26. Sacerdotes ejus contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum et profanum non habuerunt distantiam: et inter pollutum et mundum non intellexerunt: et a sabbatis meis averterunt oculos suos, et coquinabatur in medio eorum. 27. Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes predam ad effundendum sanguinem, et ad perdendas animas, et avare ad sectanda lucra. 28. Prophetæ autem ejus lineabant eos absque temperamento, videntes vanam, et divinantes eis mendacium, dicentes: Haec dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus. 29. Populi terræ calumniabant calumniam, et rapiebant violenter: egenum et pauperem affligebant, et advenam opprimebant calumniam absque iudicio. 30. Et quæsivi de eis virum, qui interponeret sepon, et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: et non inveni. 31. Et effudi super eos indignationem meam, in igne ire meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

2. NONNE JUDICAS (nonne arguis, increpas, judicare enim significat quemvis actum judicis, q. d. Quid cessas arguere et increpare) CRIVITATEM SANCTUUM? — Id est Jerusalem, que tot innocentium sanguinem fudit. Nota synecdochen. Per effusum sanguinis enim significat omnem injuriam maximo illatum contra secundum tabulam Decag; sicut per idolatriam significat omnia peccata contra primam tabulam, id est contra Deum, commissa.

3. CIVITAS (est ista) EFFUNDENS SANGUINEM IN MENO SUO (publice et impuno), UT VENIAT TEMPUS PUNITIONIS ET SUPPOLI EJUS. Patet ex vers. sequent.

CONTRA SEMETIPSAM, — in suam pernicem.

4. APPROPINQUARE FECISTI DIES TUOS. — Chaldeus, dies interitus tuus, q. d. Multiplicando sceleris fecisti, ut citius punirete quam decreverum, ut significavi vers. preced. Nota: Peccator suo peccato accelerat sibi tempus mortis et vindicite, at-

que arctat et contrahit tempora divina longanimitatis.

5. TRIUMPHABUNT DE TE. — Hebreice יְלִקְרֵב *ittalatu*, id est irridebunt te, insultabunt tibi dicens: « O sordida, nobilis, » id est, o insigniter impudens, nobilis et famosa moretrix! Hebreice enim est, *sordida nomine vel fama*. Vel secundo, ut sit antithesis, q. d. Quoniam prius eras nobilis stimate, opibus, potentia, jam facta es vilis et sordida moretrix. Hinc eris et « grandis interitus, ut quanto sublimior eras, tanto fortius, et majori fragore ruas, » ait S. Hieronymus, et que fuisse nobilis adulterii, fias nobilis tam insigni clade et interitus. Aut, « grandis interitus, » vel, ut alii vertunt, *multa contritio*, id est que varis cladibus, puta fame, gladio, peste, contereris et interis. Ita R. David.

6. SINGULI IN BRACCHIO suo. — Chaldeus: Singuli in fortitudine sua; Vatablus: *Quisque principum pro virili sua contendit plebeios opprimere,* et

**innocentes occidere;** Septuaginta: *Quisque ad conatus suis consociati sunt in te ad effundendum sanguinem,* q. d. *Quisque pro viribus conatus est in te cades patrare.*

**9. VIM DTRACTORES.** — Symmachus et Theodore, *viri dolos;* Septuaginta, *viri latrones.* Ubi nota detractorem et susurronem (hic enim hebreo vocatur *רַבְתָּא rachil*) esse latronem; quia famam diripi et rixas ac odia concitat, ex quibus non raro sequuntur homicidia. Alter Maldonatus: *Viri, ait, fronda sive dol,* sum falsi testes, qui pecunia corrupti contra innocentes falsa dicunt testimonio, quibus corum sanguis effunditur.

**SUPER MONTES** (sollicit sacrafierunt idolis in excelsis, et id loylyta) **COMEDERUNT.**

**10. VERECUNDORUM PATRIS DISCOOPERERUNT IN TE.** — Id est rem habuerunt cum uxore patris, id est cum novera: itemque cum mensstru. Hoc enim est: « Immunditiam menstruante humiliaverunt in te » scilicet congredivendo cum ea, que immunditiam mensstrui laborat, quod sordidum est et proli noxiun, ideoque lege vetitum, *Levit.* cap. xviii, vers. 19.

**12. MUNERA ACCEPERUNT,** — muneribus corrupti judices innocentes morte condemnarunt.

**SUPERABUNDANTIAM** (excessum, id est plus quam sortem, plusquam capitale, puta usuram, ut praecessit) **ACCEPITI.**

**AVARE,** — causa avaritiae, scilicet ad eos expiandum calumniata es proximos tuos. Septuaginta: *Consummatum malius tua in oppressione,* id est omnia sceleraria explesi causa avaritiae, ut alios opprimeres. Quid enim malum non concepit aurum sive famae? Vatablus: *Distanti socios tuos, scilicet Egyptios et Assyrios, per calumniam, id est pecunia et opibus per calumniam et oppressionem extortis, ut illi tibi auxiliarentur, in quibus fidebas, non in me, ut sequitur.*

**MEIQUE OBLITA ES.** — Ille est fons omnium scelerum; quia, ut ait S. Hieronymus: « Sciat Dei memoria excludit cuncta flagitia: ita Dei oblitio convelet omnium vitiorum catervat. »

**13. ECCE COMPLIS MANUS** (more irati, indignantis et vindictam indicantis) **SUPER AVARITIAM TUAM,** quam fecisti. — Notant R. David et Hebrei hic 24 numerari scelerata, sed unum avaritiae quasi certorum fonti tribui excedunt urbis. Sic Lycurgus Spartanum per contemptum opum, perturbat per avaritiam praeedit, verusque fuit vautes, Philarcho teste in ejus Vita.

Moraliter, ex hoc loco disce quam turpis, Deoque exosa sit avaritia. Audi B. Petrum Damianum sparsim epist. 2, l. 4. H ad S. R. E. Episcopos Cardinales, quia eos horatur ut ex curia Romana, totaque Ecclesia extirpant avaritiae vitum, utpote omnium Ecclesie malorum causam et fontem: « Nulla sane, inquit, putredo vulneris in Dei natura: intolerabilis fruet, quam stercus avaritiae. Et cupido quisque dum sordentis pecunie questus accumulat, vertens exedram in latrinas, quasi

meis plagi te impian esse et contaminatum. Alii verunt, vulnerabo te. Hebreus enim *נִחַתְנָה nacht*, si a *נִחַת nachal* deducas, significat possideo: sin a *נִחַת chal*, vel *נִחַת chal*, significat vulnerabo, vel polluam et contaminabo, aut per antiphrasim, sanctificabo.

**18. VERSA EST MUN DOMIS ISRAEL IN SCORIAM.** — Israel prius erat quasi argenteum, quia sanguine nobilis, moribus candidus, religione splendidus, opus et potentia fama celebris: nunc versus est in scoriam, quia omnia haec obscuravit sua idolatria et sceleratus; et gloriantur ac opes perdidi, per aram hostium et captivitatem.

**OMNES ISTI AS ET STANNUM, ET FERRUM, ET PLUMBUM IN MEDIO FORNACIS: SCORIA ARGENTI FACTI SUNT,** — q. d. Iudei prius erant pri et pretiosi quasi argenteum, sed illud adulteretur et misceretur, ita mutarunt in vile « stannum; » hi sunt, ait Scholiastes, qui simulant pietatem: et in « ferrum; » hi sunt potentes et tyranni: et in « plumbum; » hi sunt avaritia graves: et in « as; » hi sunt impudentes in malitia et obstinati. Et sic omnes corrupti sunt, et quasi versi in scoriam argenti: quare ego ut argentarius conjici eos in fornacem tribulationis et vastationis, ut purgantur.

Audi et S. Gregorium, III part. *Pastor.* cap. XIV: Purgare, ait, eos per ignem tribulationis volui, targentum illos vel aurum fieri querivi; sed in fornace mihi in as, stannum, et ferrum, et plumbeum versi sunt. *Es* quippe dum percutitur, amplius metallis ceteris sonitus reddit. Qui igitur positus in percussione erupit ad sonitus murmuratio, in as versus est in medio fornacis. Stannum vero cum ex arte componitur, argenti speciem mentitur. Qui vero simulationis vitio non cari in tribulatione, stannum factus est in fornace. Ferro autem uitior, qui vite proximi insidiatur: ferrum itaque in fornace est, qui nocendi malitia non amittit in tribulatione. Plumbeum quoque ceteris metallis gravius est. In fornace plumbeum inventur, qui sic peccati sui pondere premitur, ut etiam in tribulatione positus a terreni desideriis non levetur. Hinc rursum scriptum est *Ezech.* iv: Multo labore sudatum est, et non exxit de nimia rubigo eius, neque per ignem. Vide dicta *Jerem.* vi, 28.

**19 et 20. CONGREGARIO VOS IN MEDIO JERUSALEM, CONGREGATIONE ARGENTI ET ASIS, etc.** — id est, ut Theodoreus, quia vos scelerum colluvionem admissisti, et facti estis quasi argenteum adulterinum, fornace vobis constitutum ipsam Jerusalem: et carbonum instar hostes injiciam; meaque vim et iracundiam, quasi follem adhibeo, ut igne tribulationis, scilicet peste, fame, gladio vos conflam: ut illos, qui insanibili morbo, id est peccato, laborant, quasi alienam materiam consumant et conficiant: eos vero, qui purgationem admiserint expiari, deparem, et quasi quoddam purgatum argentum reddam. Hoc est, quod subdit:

**20. ET REQUIESCAM, ET CONFLABO VOS.** — Pro requiescam hebreica est *שְׁמַרְתָּ הַנִּחַת hinnachti*, id est requiescere faciam, id est dimittam vos in fornace, id est in gladio, fame et peste, ut iis vel purgamenti, vel polluam et contaminabo, aut per antiphrasim, sanctificabo.

**24. DUC ETI,** — duc urbi Jerusalem, vel ipsi Iudee. Respiciat ad id quod dixit vers. 19: « Requiescam, » inquit, id est desinam vos punire, cum plane conflavero et expiavero vos. Sed sic dicendum fuisset: *Et conflabo vos, et requiescam;* jam autem dicit: *Et requiescam, et conflabo vos.*

**24. DUC ETI,** — duc urbi Jerusalem, vel ipsi Iudee. Respiciat ad id quod dixit vers. 19: « Conflabio vos in medio Jerusalem. »

**NON COMPLITA IN DIE FURORIS,** — q. d. Deus iratus ut tua scelerata negavit, et deinceps negabit tibi, quasi terra immunda, ingrata, et indigne, stat tempore pluviam, ut fias terra arida, infusigera, veprum et bestiarum ferax, ut communatus est *Deuter.* xi, 15; *Isaia* v, 6; *Jerem.* cap. iii, vers. 3.

**Nota:** Deus ab peccatis uni urbi pluviam subtrahit, quam vicinis largit, ut patet *Amos* iv, 7. **Poest secundo sic accipi,** q. d. « in die, » id est ad diem furoris servata es, quia brevi comburenda: ut solent terre senectosa comburi, ut scutum cinere terra quasi impinguata, gramina saltem producent.

Rursum recte ex Septuaginta, Theodoreus, q. d. O terra immunda, non compluta, non irrigata, id est que pluviam, hoc est doctrinam sanctorum Prophetarum, quasi saxum repellis! hac de causa Deus, ut negat tibi pluviam naturalem, ita negabit et spiritalem, puta sanctas inspirationes, et sanctos concessionales ac Prophetas tibi subtrahet et auferet.

**25. CONJURATO PROPHETARUM,** — q. d. Conjurant et conspirant pseudoprophetas contra me, Jeremiah, aliosque veros Prophetas, et cum nos cladem et exodium minitemur, illi prospera omnia spondent; itaque tacite populum in nostri odium et credem incitant. Unde sequitur :

**ANIMAS DEVORAREBUNT** (id est vitam ademerent, tum veris Prophetis, qui cladem ubi intentant: ad horum enim credem plebem, prospera promittendo, impellent; tum quia alios homicidias dantes eis muneris, inquit ut erdes perpetrarent, itaque) **VIDAS** (multiplicant: sicutque) **OPES,** **ET PRETIUM** (false sue propheticæ) **ACCEPERUNT.** — Et in hoc conjurant simul. Perperam aliqui pro opes legum opus, id est mercedem sui operis.

**26. INTER POLLUTUM ET MUNDUM NON INTELLEXERUNT.** — Septuaginta, non distinxerunt: Vatablus, non indicaverunt plebi quid immundum, quid mundum, v. g. in victimis, contactu cadaveris,

Iopra, menstrui et aliis, que lex quasi immunda prohibet.

A SABATIS (q. d. Videntes a populo sabbatum violari, non eum corriperunt, sed avertierunt oculos suos, et conniventes dissimularunt; s'cque) COINQUINABAR, — id est profane tractabat ab eius.

27. PRINCIPES EIUS IN MEDIO ILLIES, QUASI LUPI RAPIENTES PREDAM AD EFFUNDENDUM SANGUinem. — Sicut enim lupi rapiunt predam, ut occidant, et occidunt devorant: ita principes Iudeorum pliebos per calumniam, vel falsos testes, aut per vim opprimebant et occidebant, ut in eorum bona invaderent. Per principes, seculares intelligit: S. Hieronymus tamen recta haec quoque accommodat Ecclesiasticis: hi enim, ait, fundunt sanguinem non corporum, sed animarum. Unde sequitur: ad perdendas animas, et avare sectanda luera: Nequaque illo contenti, ait S. Hieronymus, ut qui serviant altari vivant de altari, sed postquam ad ministerium Dei accesserint, Crossi divitiae congregant. » Audiani isti S. Bernardum, epist. 2: « Conceditur, ait, ut si bene deservis de altario vivas, non autem ut de altario luxurieris, ut de altario superbus,» etc. Unde comparat fibifrena aurea, sellas depictas, calcaria degarentia, etc. Denique quidquid prater necessarium victimam, simplicemque vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. » Quis tam sancti cori Episcopi verbis non credat? Vide eudem, epist. 33, ubi ait hanc persecutionum omnium Ecclesie esse maximam: « Ministris, inquit, Christi sunt, et servient Antichristi. Honorati incedunt de boni Domini, qui Dominio honore non deferunt. Inde splendide mense,» etc. Quocirea Concilium Carthaginense, et ceterum dist. XL, cap. penult., ita de Episcopis decernit: « Episcopos villem supellecitem, et mensam et victimam pauperem habeat, et dignitatem sue auctoritatem fide, et vita meritis querat. » Hoc reipsa per omnes orationes S. Augustinus Hipponeus Episcopus, teste Possidonio in ejus Vita. Idem pene ad verbum concilii Tridentinum, sess. XXV, cap. IV *De reformat.*, additum ut in tota Episcopi domo nihil appareat, quod a sancto hoc instituit sit alienum, quodque non simpliciter, zelum Dei, et contemptum vanitatum pre se ferat. Subdit deinde haec quoque ad Cardinales S. R. E. pertinere. Quia in illustris hoc seculo Episcopis et Cardinalibus omnibus exemplum dedit S. Carolus Borromeus, qui omnem supellecitem aliquius pretis, conopea, avlora, aliaque ejus generia a se removit, ac sub habitu Cardinalitio veste ex simplici teat, et panno utebatur, quin et cubicularis ejus amictus erat ex panno cinerito, rudi et crasso, quam ipsam vestem tollis 14 annis, nunquam mutavit. Verso dixit S. Augustinus in *Psal. LXXVI*: « Omnis philosophie magisira nobis est inopia. » Et S. Chrysostomus: « Paupertas est manuductrix in viam, qua ducit ad cœlum. » Quia

et Plutarchus: « Contempius, sit, divitiarum est instrumentum philosophiae. » Et Bias: « Quis dives? qui nihil cupit? quis pauper? avarus. » Et Seneca: « Brevisima ad divitias per contemptum divitiarum via est. » Et Crates opes suas in mare dejiciens: « Abile, alt, mala cupiditates, ego vos mergam, ne mergar a vobis. » Denique S. Gregorius: « Ille, inquit, pauper est, qui egot et quod non habet. Nam et qui non habentes habent non appetit, dives est. Paupertas enim in inopia magnis est, non in quantitate possessionis. Nam cuius est, non in quantitate possedens. »

28. PROPRIETE AUTEM EIUS LINERANTE EOS ABSQUE TEMPERAMENTO. — id est adulabunt principibus, eosque animalibus in sua tyrannide, promittentes eis securitatem, et omnia bona; sed falso, et mala fide, ac deceptio: inventent enim se ab eis decepti, cum minas reipublica incurvent, et sentient: perinde ac illo, qui incurrit parietem luto, nec temperat lutum palei ut sibi cohoret, deckpit heron domus; nam lutum friabile non habebit, sed defluet. Vide dicta cap. xii, vers. 10. Hujus litionis et adulatio: causa erat, quod aliquam, oblationes aut dignitates a populo aut principibus expectarent, ut dixit vers. 12, 25 et 27. Hoc est quod dixit Isaia cap. v, vers. 23: « Vnde qui justificatis impium pro munieribus! » Et adverso, cap. XXXIII, vers. 43: « Qui, inquit, ambulat in justitia, etc., et excutit manus suis ab omni munere, iste in excelsis habitat, » etc.

Refert ex nonnullis Hispanie historicis Ferdinandus Castiglionis in *Histor. S. Domingi*, lib. II, cap. XVI, pag. 4, olim in regno Aragonie moris fuisse, ut rex non eligeret sibi confessarium, sed in comitiis regni a Statibus eligeretur, regique daretur. Cui rex non poterat bene facere, vel male, ad hoc, ne vel spes vel timor retardaret confessarium ab officio suo, quin libere, cum ea, qui pars est, sinceritate et rectitudine regem moneret, et cum opus esset argueret. Quod enim os sustinet alatratrare pascentem se, aut a quo mitram expectat? Sane si hoc fieret, aut in usum revocare, quem securitatis conscientie regum principiumque consuleretur, et querelis multis populi satisficeret.

Quocirea idem refert ibidem, B. Raimundus, qui secundus fuit a S. Dominico Ordini Prædicatorum Generali Magister, ita datum fuisse confessarium Jacobo regi Aragonie, qui eum libero ob concubinatum arguit et corripuit: cumque rex meliora semper sponderet, sed non praesaret, Raimundus ab eo missione petiti. Negavit ille, omnibusque nautis sub pena capitis prohibuit, ne quis Raimundum alto transveheret. Verum Raimundus, oratione sua implorans Deum, accessit ad mare, in eoque capum suum, facto signo crucis, extendit, in quam quasi in navem incendit, utens scapulari pro velo, et baculo pro gubernaculo, itaque secundo vento celerime navigavit, adeo ut sex horarum spatio in

comspectum Barcinonis venerit. Excedens in terram collegit cappam, eamque adeo siccam averbit, ac si mare non attigisset. Tota Barcinona fama hujus miraculi excita, ad virum sanctum accurrit. Quin et rex ipse cum tota aula, Sanctum, cum discideret, cappon innavigantem stupens et altionis conspexit. Ille speculum sibi proponant confessari principum.

Similis fuit libertas S. Francisci de Paula, fundatoris Ordinis Minimorum. Ille enim vocatus a Ludovico XI Francio rege in Galliam, noluit venire: sed Sextus IV pontificis instantiam regie, jussit cum regem adire. Itaque cum rex ergo ab eo posceret sanitatem sibi a Deo impetrari, ipse, oratione facta, dixit, id non placere Deo; quocirca horlatus est regem, ut se conformans voluntati divine, componeret sibi ad morbi a Deo immisi toleriantiam, indeque ad justum et modestum regimen sui regni, sibi a Deo commisi, atque ad mortem brevi obveniatur, et ad tribunal ac iudicium Christi, ad quod brevi vocandus esset, ut rationem et vite et regni sui Deo exactam redderet. Hæc libertas eum regi

30. QUESIVI DE IHS VIRUM, QUI INFERPONERET SE.

— id est orationem, et, ut Chaldeus, opera bona, ad me placandum ne populum diriperem. Nota: Ait « de ihs, » scilicet quos reprehendit. Alioquin enim Jeremias, Baruch et alii viri sancti se sepe pro populo interponabant, et propter eos dilata et mitigata fuit Iudeorum clades.

ET STARET OPPONITUS. — Hebreæ: Staret in ruptura. Est metaphora a militibus strenuis, qui, facta muri ruptura, hosti per eam irrumpentes sessa opponunt. Vide ibi dicta cap. XIII, 3.

31. EFFUNI, — effundam. Sic et alia præterita hic significant futura. Est enim continua haec prophætia de futuro, non historia de præterito.

## CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Sub parabolâ duarum meretricum, scilicet Oolla et Oolibâ, describit fornicationem, id est idolatriam, tam deum quam duarum tribuum, scilicet, tam Samaria quam Jerusalen; in quo assertur Jerusalem in celere superasse Samariam. Quocirea, vers. 22, ei, argue ac Samaria penam adulterarum et homicidarum, putat lapidationem, incendium, gladium et excidium intentat (!).*

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, duas mulieres filiae matris unius fuerunt, 3. et fornicatae sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatae sunt: ibi subacta sunt ubera eurarum, et fractæ sunt mammas pubertatis eurarum. 4. Nomina autem eurarum, Oolla major, et Oolibâ soror ejus minor: et halui eas, et pepererunt filios et filias. Porro eurarum nomina, Samaria, Oolla, et Jerusalen Oolibâ. 5. Fornicata est igitur super mea Oolla, et insinuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, 6. vestitos hyacinthro, principes et magistratus, juvenes cupidinis, universi equites, ascensores egorum. 7. Et dedit fornicationes duas super eos electos, filios Assyriorum universos: et in omnibus in quos insanavit, in imunditias eorum polluta est. 8. Insuper et fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam et illi dormierunt cum ea in adolescentia ejus, et illi confrengerunt ubera pubertatis ejus, et effuderunt fornicationem suam super eam. 9. Propterea tradidi eam in manus amatorum sc. rum, in manus illiorum Assur, super quorum insanavit libido. 10. Ipsi discooperuerunt iugominiū ejus, filios et filias ejus tulerunt, et ipsam occiderunt gladio:

(!) Non mirum videri debet in prophetis Ezechielis, et speciatim in hoc capite occurtere similitudines et allegoriae a rebus minus decentibus petitas; nam, ut recte observavit Janssens, iste similitudines, allegoriae, etc., moribus Occidentalium aliena, aperte erant ad superbos, peruvicatos, prevaricatoriosque Iudeos confundendos. In calidis Orientis regionibus alia est decoris ratiō, quam in frigidis Occidentis plaga. In Oriente, ubi

sexus feminino ab altero sexu separatis habitat, homines sat libere de hujusmodi rebus loquuntur, quin aliquis inde offendatur.

Ceterorum posterioribus ecclesis Hebrei lectionem prophetarum Ezechielis et nomini 30 aetatis annum adepti permisserunt. Juniores et carnis molestis subiecti, a locatione prophetarum Ezechielis abstineant.